Morbio 30 (21)

RANUTIUS FARNESIUS PLACENTIÆ, ET PARMÆ PRINCEPS.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Singularis deuotionis affectus quem Egregium Virum Hieronimum de Mariscalchis generalem Status Mediolani Fiscalem, ergà fel. record. et nunquam delendæ memoriæ Sereniss.m D.D. Octauium Farnesium Auum nostrum gessisse, et Sereniss.m D.D. Alexandrum Genitorem nostrum, etiam dum idem Sereniss. D.D. Alexander apud Potentissimum, et Inuictissimum Hispaniarum Regem [illegible] [illegible] ostendere comperimus, et in dies comperimus, nec non et multa grata seruitia per eundem Hieronimum in prælibatos Sereniss.os Auum et Genito[rem] nostros collata, probitasquè, fidelitas, et mores, ac modus uiuendi eiusdem Hieronimi, et totius eius familiæ, nos mouent, ut eundem Hieronimum, ac Antonium causidicum, et Christophorum Iur. Vtr. Doct. de Mariscalchis nepotem, et pronepotem respectiuè dicti Hieronimi à quondam Paulo Raymondo Mariscalco eius fratre honoribus, prerogatiuis, et præeminentijs quibus possumus cohonestemus, Nos itaquè Motu nostro proprio, et certa nostri scientia, et etiam de plenitudine nostræ potestatis, et alias prout melius [illegible], eosdem Hieronimum, Antonium, et Christophorum, et quemlibet eorum, ac omnes eorum, et cuiuslibet eorum descendentes nobiles huius nostræ ciuitatis Placentiæ declaramus, creamus, facimus, et constituimus, Ita quod ubiquè locorum, et quouis tempore, quauis occasione, et omni in congressu, ac ingressu, et deniquè in omnibus et quibuscunq. actibus tam publicis quam priuatis ab omni persona communi, corpore, collegio, et uniuersitate habeantur, tractentur, et reputentur uti nobiles, antiqui, et originarij dictæ ciuitatis nostræ Placentiæ, et de familia antiqua, nobili, et originaria eiusdem ciuitatis, et ità, et taliter quod possint uti, frui, gaudere, et potiri omnibus et quibuscunquè honoribus, dignitatibus, et preheminentijs, quibus fruuntur, gaudent, et potiuntur, ac frui, gaudere, et potiri possunt, et posse dignoscuntur omnes alij nobiles originarij, antiqui, et de antiqua nobili familia eiusdem ciuitatis Placentiæ, et in qualibet materia etiam statutorum ueniant appellatione nobilium antiquorum originariorum dictæ ciuitatis tractenturquè, et tractari debeant in omnibus et per omnia uti nobiles, et de nobili antiqua familia hactenus tractari consueuerunt, non obstantibus in aliquo huic nostræ intentioni, et uoluntati quibuscunquè statutis, decretis, et ordinibus ciuitatis, ac cuiuscunquè uniuersitatis, et collegij, quorum omnium plenam, perfectamquè scientiam habemus, et tenemus, de quibus hic fortè esset fienda spetialis, et indiuidua mentio, quibus omnibus Motu proprio, et ex certa nostra scientia, et de plenitudine potestatis nostræ per præsentes, uigorequè præsentium in totum quo ad effectum prædictum, et pro hac uice tantum derogamus, et derogatum esse uolumus, mandamus, et decernimus, non obstantibus etiam in aliquo quibuscunquè alijs quouismodo in contrarium facientibus, Mandantes quibuscunquè personis, officialibus, collegijs, uniuersitatibus, ac quibuscunquè alijs ad quorum notitiam præsentes deuenerint, ne illis quouis modo contraire audeant sub nostræ indignationis pœna. In quorum fidem præsentes fieri, nostriquè sigilli impressione muniri fecimus. Dat. Placentiæ die xv. Septembris 1592.

Ranutius Princeps:

Alexander Vesius secr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878840975-13/fragment/page=0001
DFG

N.o 25.

33 1592. 12. 7mbre. Privilegio di Nobiltà eguale
a qualunque altra Famiglia nob., e più antica
della Città di Piacenza concesso dal Sig.r Principe
~~Lad~~ di Parma, e Piacenza Ranuzio Farnese
al Sig.r Gerolomo Marescalco fiscale generale
dello Stato di Milano, nec non ad Antonino
Aug.no e Cristoforo di lui nipoti, e pronipoti
rispettivamente del detto Gerolomo, e di
tutta la di lui Famiglia = Sottoscritta
Ranutius Princeps = Alexander
Ursinus Secr.s

~~30, 87~~ Morbio 30 (21)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Morbio 30 (21)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878840975-13/fragment/page=0002

Morbio 30 (21)

RANVTIVS FARNESIVS PLACENTIÆ, ET PARMÆ PRINCEPS.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Singularis deuotionis affectus quem Egregium Virum Hieronimum de Mariscalchis generalem Status Mediolani Fiscalem, ergà fœl. record. et nunquam delendæ memoriæ Serenissm. D.D. Octauium Farnesium Auum nostrum gessisse, et Serenissm. D.D. Alexandrum Genitorem nostrum, etiam dum idem Serenissm. D.D. Alexander apud Potentissimum et Inuictissimum Hispaniarum Regem [moraretur], [ut]roquè ostendere comperimus, et in dies comperimus, nec non et multa grata seruitia per eundem Hieronimum in prælibatos Serenissos. Auum, et Genito[res] nostros collata, probitasquè, fidelitas, et mores, ac modus uiuendi eiusdem Hieronimi, et totius eius familiæ, nos mouent, ut eundem Hieronimum, ac Antonium causidicum, et Christophorum Iur. Vtr. Doct. de Mariscalchis nepotem, et pronepotem respectiuè dicti Hieronimi à quondam Paulo Raymondo Mariscalco eius fratre honoribus, prærogatiuis, et præeminentijs quibus possumus cohonestemus, Nos itaquè Motu nostro proprio, et certa nostri scientia, et etiam de plenitudine nostræ potestatis, et aliàs prout melius &c. eosdem Hieronimum, Antonium, et Christophorum, et quemlibet eorum, ac omnes eorum, et cuiuslibet eorum descendentes nobiles huius nostræ ciuitatis Placentiæ declaramus, creamus, facimus, et constituimus, Ita quod ubiquè locorum, et quouis tempore, quauis occasione, et omni in congressu, ac ingressu, et deniquè in omnibus et quibuscunq. actibus tàm publicis quàm priuatis ab omni persona communi, corpore, collegio, et uniuersitate habeantur, tractentur, et reputentur uti nobiles antiqui, et originarij dictæ ciuitatis nostræ Placentiæ, et de familia antiqua, nobili, et originaria eiusdem ciuitatis, et ità, et taliter quod possint uti, frui, gaudere, et potiri omnibus et quibuscunquè honoribus, dignitatibus, et præheminentijs, quibus fruuntur, gaudent, et potiuntur, ac frui, gaudere, et potiri possunt, et posse dignoscuntur omnes alij nobiles originarij, antiqui, et de antiqua nobili familia eiusdem ciuitatis Placentiæ, et in qualibet materia etiam statutorum ueniant appellatione nobilium antiquorum originariorum dictæ ciuitatis tractenturquè, et tractari debeant in omnibus et per omnia uti nobiles, et de nobili antiqua familia hactenus tractari consueuerunt, non obstantibus in aliquo huic nostræ intentioni, et uoluntati quibuscunquè statutis, decretis, et ordinibus ciuitatis, ac cuiuscunquè uniuersitatis, et collegij, quorum omnium plenam, perfectamquè scientiam habemus, et tenemus, de quibus hic forte esset fienda spetialis, et indiuidua mentio, quibus omnibus Motu proprio, et ex certa nostra scientia, et de plenitudine potestatis nostræ per præsentes, uigorequè præsentium in totum quo ad effectum prædictum, et pro hac uice tantum derogamus, et derogatum esse uolumus, mandamus, et disponimus, non obstantibus etiam in aliquo quibuscunquè alijs quouismodo in contrarium facientibus, Mandantes quibuscunquè personis, offitialibus, collegijs, uniuersitatibus, ac quibuscunquè alijs ad quorum notitiam præsentes deuenerint, ne illis quouis modo contraire audeant sub nostræ indignationis pœna. In quorum fidem præsentes fieri, nostriquè sigilli impressione muniri fecimus. Dat. Placentiæ die xv. Septembris 1592.

Ranutius Princeps.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878840975-13/fragment/page=0003
DFG